

# *2016 Pr̄etium Petronianum*

*3. Platz*

verliehen von der Klassischen Philologie der  
Johannes Gutenberg-Universität Mainz

an

**Kristin Breitsch**

für das Verfassen eines äußerst gelungenen  
Textes in lateinischer Sprache anlässlich des  
Thementages

**Rom - Stadt der Spektakel**

am 16. Januar 2016

---

Univ.-Prof. Dr. Christine Walde



Institut für Altertumswissenschaften  
Latinistik/Klassische Archäologie  
Johannes Gutenberg-Universität Mainz

***Fragmentum ex L. Marcelli Verescripti libris III de mulierum virtutibus***

[...] qua de re virtus interior magno plus quam luxuria extranea valet et vanitas pecuniae perdendae affectus populi petendi causa inutilis est. Sed ut ea non solum verbis, sed etiam imaginibus accipias, optima filia, cum is modus intellegendi mulieribus aptissimus sit, plurima exempla dabo. Primam mulierem praeclararam gloriosamque et pompam eius urbem intrantis preebebo: Cum Cleopatra, regina Aegyptiorum atque meretrix Caesaris, Romam veniret, contendit, ut plebem urbanam senatumque processione speciei eximiae et demonstratione divitiarum commoveret. Pompae institutum erat hoc: Multis musicis cum tibiis tympanisque praegressis saltatores sequebantur. Tum insignia regni Cleopatrae et fratri eius, qui – horribile dictu – maritus quoque erat, demonstrabantur. Populus frustra simulacra deorum expectabat, sed postea statua Cleopatrae in templo Veneris Geneticis posita perterrebatur. Caesar enim imaginem amatae ibi instrui iussit. Auctoritate superbae reginae permotus Caesar denique ipse se progeniem deorum esse putavit.

Fratrem, quem supra commemoravimus, tamquam obsidem Cleopatra in pompa secum ducebat. Ipsa in sella exalta sedens per vias urbis ferebatur, cum spectatores istius in postero curru stantis miserabantur. Cum paulo ante pompa triumphalis quadruplex Caesaris facta esset, iidem am in sororem minorem reginae, quae vincita testis victoriae illius in Aegypto esset, misericordia affecti erant. Contumelia perlata Arsinoe in exilium templi effugit, Ptolemaios autem pariterque Calpurnia, coniunx Caesaris, iniuriam et licentiam eius impii fornicarii et infidelis Cleopatrae usque ad caedem eius sustinere debuerunt. His rebus a piiis Romanis cognitis reginam non affectu sed contemptu acceperunt. Quidam illam Caesarionem infantem, qui fortasse filius Caesaris fuisse dicitur, secum in urbem attulisse tradunt. Sed non comes matris urbem ingressus est, quia invidia Romanorum in Cleopatram provisa erat. Igitur Caesar, quamquam iste filius a satellibus suis agnitus erat, pro impudicitia matris Caesarionem heredem appellare non ausus est.

Sic luxuries et infamia mulieris etiam prolem atterit. At tibi, carissima Marcella, nunc permultas feminas magnas atque decentes demonstrabo. [...]